



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hessus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs CXLVIII. Laudate Dominum de cœlis, laud.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

PSALMVS CXLVIII.

Laudate Dominum de cœlis, laud.

ARGUMENTVM.

Habet Psalmus exhortationem ad grati-
rum actionem protota creatura Dei, in qui-
Deus ostendit bonitatem suam, & potenti-
am, ut tam bono & potenti Deo discamus
confidere in omnibus periculis, & timere
eum.

*Regna, magistratus, bominum genera omnia, reges
Esse bona à Domino cuncta creata docet.
Omnia cum bona sint quæ fecerit ipse, quis ausit
Damnamendum ex illis dicere uel minimum?*

Halleluia.

Cœlum.

Angeli.

Sidera.

Motus uarij
superiorū cor-
porum.

Aquaæ super
cœlos.

COelestes animæ sublimia templa tenentes,
E quibus hæc ingens infera lumen habent,
Laudibus accumulate Deum super omnia magnum,
Laudet in excelsis turba ministra Deum.
Angelice mentes omnis, exercitus omnis
Ipsius, agnoscant laudibus, esse Deum.
Sol & Luna creatorem cognoscite uestrum,
Non alio laus hæc ore canenda fuit.
Omnia in illustri lucentia sidera cœlo,
Testentur laudem solius esse Dei.
Cælorum uarij subsultent laudibus orbes,
Quos circum se actos ultima terra uidet.
Quæ super inductis pendent in nubibus undæ,
Laudantes Domini se fateantur opus.



Ipse suo Dominus qui condidit omnia uerbo,
 Omnia sint isto nomine grata Deo.
 Atque ea perpetuos, ut sint stabiliuit in annos,
 Quæque dedit legum uimacula certa tenent.
 Vos quoque quæ terras animantia cunq[ue] tenetis,
 Grata creatori laudibus esse Deo.
 Qui maria incolitis immensi maxima ceti,
 Quælibet et uivos quotquot abyssus habet.
 Ignis edax rerum, permisisti grandine nimbi,
 Et pluiae bruma præcipitante niues.
 Et uapor exiccans, et agentes nubila uenti,
 Qui uerbis faciunt quæ iubet ille suis.
 Omnes et montes et proxima culmina celo,
 Fructiferæ stirpes, robora dura Cedri.
 O siluestris lustraferæ quæcunq[ue] teneatis,
 Quæ colitis pecorum pascua prata greges.
 Reptilium genus omne, auium genus omne uolantum,
 Seu uos terga grauis, seu leuis aer habet.
 Terrarum reges, populiq[ue] et sceptra ferentes,
 Quiq[ue] tenenda loco principe iura datis.
 Imberbes pueri, iuuenes, teneræque puellæ,
 Imbelles æuo iam grauiore senes,
 Via uoce Deum laudate, quod ipsius altum
 Est super et terras, et super astra decus.
 Ipse sui regnum populi Deus euehet, omnes
 Laus decet ista pios, laus decet ista bonos.
 Laus decet haec Israëlem quem diligit, et cui
 Tam gratum populo nomen habere dedit.

Animalia ter-
ræ.

Animalia ma-
ris.

Meteora funz
opera Dei.

Fruges.

Volucres.

Populi, atque
hic commèdat
Spiritus sanctus
politiam et
œconomiam.

Præcipue autem
populus Israel
laudet Domini-
num.